

Band II., Nr. 423, Seite 209-210

Pfalzgraf Hugo von Tübingen übergibt dem Kloster Herrenalb ein Gut in Asberg unter der Bedingung eines jährlich daraus zu entrichtenden Zinses an die Kirche dieses Orts.

Ruck, 1181.

In nomine sanctę et individue trinitatis. Ego Hugo, divina favente clementia palatinus comes de Tuwingin, ad omnium amicorum et fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum pervenire cupimus noticiam, qualiter Theodericus quidam miles de Terdingin, famulus censualis ecclesię in Ascisberc, cum haberet predium accepta pecunia a domino Odtone, dilecto et fidei nostro de Cuningin, prefatum predium nobis, qui iure patronatus tam super ecclesiam quam super predium hactenus functi sumus, contradidit eo pacto ut illud eidem Otdoni in beneficium militare conferremus. Quod ita fieri ut decuit eius petitioni annuimus. Illud itaque predium prenomatus Otdo in ditioe sua multo tempore tenebat. Tandem divino instinctu idem Otdo compunctus deo potius quam seculo militare in monasterio quod Alba dicitur elegit. Veniens itaque ad nos tota mentis instantia apud nos optinere satagebat, quatenus hoc quod a nobis in beneficio acceperat, fratribus in Alba deo militantibus sub iure censualitatis in proprium donaremus. Iustam igitur petitionem eius attendentes statuimus, ut ecclesię in Ascisberc, ne detrimentum sui predii quasi sibi ablati pateretur, singulis annis sex solidi Spirensis monete, licet antea nullam inde consolationem habuerit, persolverentur. Quod quia honestius et deo acceptabilius esse consideravimus, quam si ipse illud alicui homini vano in beneficium conferret, petitioni eius pie annuimus, et fratribus in Alba deo et sanctę Marię servientibus predium illud cum omnibus ad se rite pertinentibus, videlicet cum curtibus, edificiis, terris cultis et incultis, pratis, vineis, silvis, viis et inviis, exitibus ac reditibus, aquis aquarumve decursibus in perpetuam hereditatem censualiter donavimus et, ne factum istud irritum esse censeatur, sigillo nostro consignari iussimus. Si quis igitur factum nostrum infringere vel mutare temptaverit, maledictioni dei et sanctę Marię subiaceat et offensionem nostre et filiorum nostrorum se semper obnoxium esse recognoscat.

Actum est autem hoc anno dominicę incarnationis millesimo centesimo LXXX^o. primo, indictione quarta decima, epactis III^{bus}, concurrentibus III^{bus}, presentibus his, videlicet duce Cōnrado de Dachowe. Otdone comite de Chilberc. Eberhardo da Eberstein. Adelberto de Stofelen¹. Heinrico de Heimsheim. Cōnrado de Stamheim². Rvdolfo

¹Stöffeln (Burg), Reutlingen, RT, W oder Hohenstoffeln (Burg), Hilzingen, KN, W.

²Stammheim, Calw, CW oder Stammheim, Stuttgart, S.

II

de Gvdingin³. Hugone de Yhelingen. Friderico de Duzelingen et aliis quam pluribus, in loco qui Ruke dicitur, feliciter in dei nomine. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original. Bei der Urkunde ist eine Fälschung immerhin nicht auszuschließen. Das an roter Seidenschnur anhängende Reitersiegel ist echt, doch ist es verkehrt (kopfüber) angebracht. Es zeigt nicht sehr deutlich ausgedrückt den nach links galoppierenden Pfalzgrafen mit emporgerechter flatternder Fahne und dem herzförmigen Schild vor der Brust. Die Umschrift fängt zu des Reiters Füßen an und lautet: +HVGO DEI GRatiA PALATINVS DE TWINGIN.

³Vermutlich Güttingen, Kt. Thurgau, Schweiz, nicht Güttingen, Radolfzell am Bodensee, KN (vgl. Land Baden Württemberg, Bd. 6, S. 763).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 K U 1020

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals GLA Karlsruhe

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 1 (1850), S. 104. Rückert: alles gefälscht?, S. 25 (Abb.).

Literatur:

WILFRIED SCHÖNTAG: Ein in Konstanz Ende des 13. Jahrhunderts gefälschtes Reitersiegel Pfalzgraf Rudolfs II. von Tübingen († 1182). In: Wolfgang Schmierer u.a. (Hrsg.): Aus südwestdeutscher Geschichte. FS Hans-Martin Maurer, Stuttgart 1994, S. 168-178, S. 168 ff. (zum Siegel). Lorenz: Pfalzgraf Rudolf I. von Tübingen, S. 81. PETER RÜCKERT: Alles gefälscht? Verdächtige Urkunden aus der Stauferzeit. Archivale des Monats März 2003 im Hauptstaatsarchiv Stuttgart, Stuttgart 2003, S. 24.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Format:

43,2 x 27,5 cm

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ruck

Ortsindex:

Asperg Wohnplatz (878)
 Asperg, LB
 Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Dachau, DAH
 Dußlingen Wohnplatz (16108)
 Dußlingen, TÛ
 Feste Ruck Wüstung (23871)
 Feste Ruck, Blaubeuren, UL, W
 Gönningen : Reutlingen RT
 Gönningen Wohnplatz (15973)
 Güttingen Wohnplatz (14554)
 Güttingen, Radolfzell am Bodensee, KN
 Heimsheim Wohnplatz (7021)
 Heimsheim, PF
 Hohenstoffeln (Basaltwerk) Aufgegangen (33837)
 Hohenstoffeln (Basaltwerk), aufgegl. in Binningen, Hilzingen KN
 Ihlingen Wohnplatz (7486)
 Ihlingen, Horb am Neckar, FDS
 Köngen Wohnplatz (383)
 Köngen, ES
 Oberderdingen Wohnplatz (5416)
 Oberderdingen, KA
 Oberkirchberg Wohnplatz (16990)
 Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Stammheim Wohnplatz (52)
 Stammheim Wohnplatz (6997)
 Stammheim, Calw, CW
 Stammheim, Stuttgart, S
 Tübingen Wohnplatz (16214)
 Tübingen, TÛ